



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Canisij responsio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

ni fuit tam optatus nuntius. Agimus Omnipoten-  
 ti Deo gratias, qui pro sua misericordia tam mul-  
 tos iam, sicut audiimus, per ministerium predica-  
 tionis tue in Ecclesiam Catholicam reuocarit. In-  
 sta fili, ut cœpisti, et enitere, ut quam maximum  
 animarum lucrum facias. Urget ampliam, tam  
 sanctam negotiationem. Noli defatigari in tam  
 sancto opere, sedulitatis tue ab eo, cui famulari  
 p̄m̄ium laturus, quod bonis, et fidelibus seruis  
 promisit. Si quid vero à nobis desideras, quod con-  
 ferre aliquid posse credas ad animarum salutem,  
 beneti animo quicquid postulaueris, concedemus.  
 Datum Roma apud S. Petrum sub annulo Pasca-  
 toris, die 5. Martij, 1561. Pont. nostri anno secundo.

Canisy re-  
 pensio.

Attulerunt hæc literæ tot inter ærumnas mul-  
 tum consolationis, animiq; famulo Dei: & ad eam  
 responsum hoc edidit.

**B**Eatissime Pater, Immortales ago, habeoq; gra-  
 tias q̄ sanctitas Vestra, qua nihil in terris est  
 sublimius, ad me, quamuis exiguum, et indignum  
 literas dare, suumque famulum tot modis recreare  
 dignata est. Benedictus Deus, et Pater Dominus  
 nostri Iesu Christi, qui admirabili spiritu suo tam  
 potenter, quam suaviter operatur in S. V. ut ei  
 dem



dem cura sit non modò generalis Ecclesie totius administratio, verum etiam specialis huius Germanica Nationis, atque adeò Civitatis Augustanae restitutio. Utinam verò nos, qui Minima Societatis lesi professores in hac germanica messe tot modis corrupta versamur, utinam, inquam, in Domino id prestare possemus, quod præclaris Sanctitatis Vestrae votis, vereq; paternis monitis dignum esse videatur. Ita fieret sane ut hac ipsa Christi Vineam non solum à feris, & lupis rapacibus, qui in ea tam diu, tamq; perniciosè grassantur, vindicaretur, verum etiam summo Pastori suo, & unico in terris Vicario, eiusdemq; ovili Apostolico statim, & integre restitueretur. Ad quam rem curas quidem, & operas omnes habemus polliceri, adeoq; vitâ ipsam, & sanguinem ad unum debemus profundere, præsertim si professionis nostræ, & huius sanctissimæ sedis rationem debitam habere velimus. Sed enim ut voluntates nostras, & hos qualescumque conatus diuina bonitas prosperet, qua sine frustra tētamus omnia; Equidē supplex à Beatitudine Vestra illud peto, rogo, & obsecro, ut hoc suo singulari favore, & Apostolica benedictione me, aliosque Societatis huius operarios passim in Germania sudantes nun-



quam destituit, sed continenter profequi profu-  
eximia pietate dignetur.

*Lustrat suam  
provinciam.*

Per ætatem vti priore anno fecerat, assum-  
pto secum Ingolstadiano Rectore Nicolao Lu-  
noio Austriam, & Boëmiam peragrauit. Pragæ  
se, & Viennense inuisit Collegia, quæque opus-  
rant, pro instituti ratione constituit. Quod ipse  
frequentiore excursu, vt in viciniora, Ingolsta-  
& Monachij in Bauaria fecit. Viennæ cum esse  
egit prolixè cum Cæsare, qui ad multas, graue  
deliberationes sententiam notæ iam sibi sapi-  
tiæ eius, & scripta voluit. Cum eo simul tran-  
de OEnipontani Collegij primo quoq; tempo-  
faciendis exordiis. Pragæ quoq; cum Ferdinan-  
Archiduce familiariter multa de religione tu-  
da contulit. Summam ad id voluntatem Archi-  
dux præse, & aduersus Canisium benignitate  
singularem tulit, quem & proficiscētem suo cu-  
ru, quo veheretur vti coëgit. Ille dum redit, ex-  
nere aliquanto tempore hæsit Eluangæ postu-  
tu Cardinalis Othonis. Præpositus eius Ecclesiæ  
erat Otho: & quosdam ab Hæreticis in fraude  
inductos modis omnibus dedoceri, reuocarique  
ad Catholicos cupiebat. Iacta sunt apostolica re-

*Eluangam co-  
natur Hæresis  
expurgare.*